

DOMINICA LII.

Ex Quæst. 125.

PRO NECESSARIIS VITÆ
conditionaliter Deo supplice-
missis.

TEXTUS Psal. 145, 15, 16.

Ÿ. 15. *Oculi omnium ad te spectant, quibus tu
 das escam suam tempore suo:*

Ÿ. 16. *Aperis manum tuam, & saturas quic-
 quid vivit ex beneplacito.*

QUÆST. 125. Quæ est quarta petitio ?

RESP. *Panem nostrum quotidianum da nobis ho-
 die: hoc est, suppedita nobis omnia, quæ
 sunt ad hanc vitam necessaria, ut per eâ
 agnoscamus, te unicuique fontem esse, ex
 quo omnia bona emanant, ac nisi tu be-
 nedicas, omnem nostram curam & in-
 dustriam, atq; adeo tua ipsius dona no-
 bis infelicia & noxia esse. Quapropter
 da ut fiduciam nostram ab omnibus cre-
 aturis aversam, in te solo collocemus.*

UT Decalogus in duas tabulas distributus est;
 quarum prior de Dei dilectione, poste-
 rior de proximi dilectione agit; adeoque
 prior ad Dei gloriam immediatè destina-
 ta est, posterior ad utilitatem proximi.

Sic